



**R. P. Antonii De Escobar Et Mendoza, Vallisoletani,
Societatis Iesv Theologi, Vniversæ Theologiæ Moralis,
Receptiores Absqve Lite Sententiæ nec-non
Problematicæ Disquisitiones ... Volumen ...**

Triplex Statvs; Ecclesiasticvs, Religiosus, & Sæcularis

**Escobar y Mendoza, Antonio de
Lugduni, 1663**

Sectio I. De religiosi status Essentia, Ingressu, Egressu, Fuga, receptiores
sine pugna sententiæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80707](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80707)



R. P. ANTONII
DE ESCOBAR
 ET MENDOZA,
 VALLISOLETANI.

Societatis IESV,
 VNIVERSÆ THEOLOGIÆ
 MORALIS RECEPTIORES ABSQVE
 Lite sententiæ, Dubiæque Disceptationes.



LIBER LVII.

RELIGIOSI STATUS

Essentia, Ingressio, Egressio, Fuga.

*T Status Religiosi tractationem instituam, nonnulla
 generalia in presenti præmittio. Nempe quam sit
 Status Religiosi natura. Quinam possint vel tenean-
 tur Religionem ingredi. Ad quid Religiosi eiekti, ac fugitui
 obligentur. Denique de Novitiis nonnulla attexam.*

SECTIO PRIMÆ.

De Religiosi Status Essentia, Ingressu, Egressu, Fuga Re-
 ceptiones sine pugna Sententiæ.



CAPVT I.

De Status Religiosi Natura.

*RELIGIONIS Status est fidelium ad
 diuinæ charitatis perfectionem ten-
 dentium, votis editis perpetua pau-
 perum, castitatis, & obedientia stabilis in-
 Escob. & Mend. Theol. Mor. Tom. VII.*

*communis viuendi modus ab Ecclesia approba-
 tus. Scio, olim Episcopos Religiones appro-
 bare potuisse: ac postmodum in Lateranen-
 si Concilio sub Innocentio III. fuit statutum,
 ne Religio nouis à summo Præfate ap-
 probata, induceretur, quia cum Religio sit
 sacra communitas, in qua debet esse spiritua-
 lis inuicem, quæ à Pontifice prouenit, con-
 ueniens fuit, vt huiusmodi communitas ab
 eodem approbaretur. Layman. l. 4. tr. 5. cap. 1.
 & omnes.*

L. Porro

2. Porò ad Religionis essentiam vota solemnita minimè requiruntur, quia in nostra Societate Iesu post unum, & alterum probationis annum vota simplicia loci edunt, & veri Religiosi existunt, vti Gregorius XIII. in Bulla *Ascendente Domino* definit.

3. *Quinam sint ex ordinibus Militaribus, & Tertiariis verè Religiosi*
Militares Ordines, qui coniugalem castitatem solummodò vident, Religiosi non sūt. At Milites D. Ioannis, & Teutonici, eorumque similes verè sūt Religiosi, quia tribus substantialibus votis obligantur. Ex fratribus verò, ac fororibus Tertiariis Ordinis S. Francisci, & aliorum tantum sūt Religiosi, qui in Religione approbata iuxta certam Regulam tria vota substantialia emittunt. Contra autem Religiosi non sūt, qui licet tria vota emittant, & communiter vel seorsim habent, Regulam tamè à sede Apostolica approbatam non prosequuntur. Layman. l. 4. tr. 5. c. 1. numer. 6.

4. *Non sūt Religiosi, qui castitatis, ac paupertatis voto edito, confessorio voverit obedientiam.*
Sunt nonnulli, qui voto castitatis, ac paupertatis edito, confessorio, aut Episcopo obedientiam voverit. Certè hi Religiosi non sūt. Quia tali voto edito, non subiciuntur spirituali iurisdictioni, quæ à Deo, medio eius Vicario, debet provenire. Layman. l. 4. tr. 5. c. 1. numer. 7. Bulembaum. lib. 4. capite 1. dub. 1. confessorio numer. 3.

5. *Pontifex dispensare potest in votis substantialibus, &c.*
Certum est summum Præsumptum dispensare posse in votis solemnibus Religionis, ut quis Religiosus esse desinat. Attamen nequit dispensare, ut quis Religiosus manens substantialibus votis non teneatur, quia illa ad Religionis essentiam spectant. Ex Nauarro Layman. l. 4. tr. 5. c. 1. n. 8.

6. *De Religioso ad Cardinalatum, vel Episcopatum evectio.*
Ad Cardinalatum vel Episcopatum quis Religiosus promovetur: certè obstructus suæ Religionis votis manet essentialibus, etsi quoad aliquos paupertatis, ac obedientiae effectus exemptus censetur. Verum etsi Regulæ ingo sit absolutus quoad culpam, & poenam: attamen ex morali honestatis obligatione ea observare debet, quæ eū decet, & c. eius munere consistit. Unde quoad habitum, sui Ordinis colore deferre debet, & si quoad figuram Episcopis secularibus se queat conformare, ex Clemētis VIII. concessione. Quid autem si Episcopatum quis resignet, vel ob culpam deponatur absque degradatione? Non quidem tenetur ad regularem observantiam redire. Quia Episcopalem retinet eminentiam ob quam ab obedientia regulari fuit exemptus. Sanchez l. 6. Decal. c. 6. citans D. Thomam, & Emanuelem Rodericum. Secus dixerim in Cardinali Religioso, qui Episcopus non est. Hic enim, Cardinalitatis dignitate relicta, nil ex ea retinet: ideoque, si Pontifex eius acceperit renuntiationem, ad sui ordinis regularem obedientiam tenetur redire. Card. de Lugo l. 5. resp. moral. dub. 1. 2. citans alios.

7. *De electo ad Parochiam.*
Si Religiosus ad Parochiam promoveatur, votis manet adstrictus, debetque habitum Religionis deferre, Regulamque in omnibus, quæ cum eo munere coherere possunt observare. Idque non solum secundum moralem honestatem, sed sub gravi piaculi obligatione, si Regula eam præscribat. Porro etsi Parochus Religiosus in iis, quæ ad Regulam spectant, subiectus Superiori maneat tamen consuetudine multis in locis observatur, ut

non solum in pertinentibus ad Ecclesiasticam disciplinam, sed etiam in plicis aliis à Prelati obedientia eximatur, submittaturque Episcopo. Lym. l. 4. tr. 5. c. 1. n. 11. & 2. Sanchez l. 6. decal. c. 6. n. 36.

CAPVT II.

De iis, qui possint, vel teneantur, Religionem ingredi.

Possunt Regulari instituti omnes, & soli illi, qui sui sunt iuris, nec aliis obstructi. Nam quilibet sui iuris obstrictus fuerit, nequit sine eius consensu ingredi Religionem. Lef. lib. 2. cap. 4. dub. 2. Religiosum & alij.


Hinc elicio, ingredi Religionem non posse impuberes, quia paribus, vel tutoribus insunt. Nec filios, si parentes sine illis se alere nequeant. Nec ternos sine dominorum consensu. Nec eum, qui virginem sub promissione coniugij decepit. Nec eum, qui non est solvendo creditoribus, modò possit manendo in saculo intra paucos annos solvere. Nec Episcopum sine consensu Papæ, cui iuramento se obstrictum & Ecclesiæ suæ sicuti maritus uxori. Nec coniuges post matrimonium consummatum, nisi vir per vim consummasset, ante expletos duos menses, qui eis à iure conceduntur, vel nisi alter coniugum adulterium perpetrasset, tunc enim coniux innocens ingredi Religionem posset. Est omnium. Lege Laymanum l. 4. tr. 5. capite quarto numero primo, & l. 3. to. 3. c. 3. dub. 1. & 3.

Qui Religionem vovit, ingredi proculdubio tenetur, dummodo quinque adfint conditiones. Prima est, ut disciplina regularis collapsa non sit eo in ordine, quem inire curat, quia adeest periculum periculis. Unde ad votum implendum non tenetur si speciatim eam Religionem ingredi vovit, si vero generatim voverit, votum non implet, talem Ordinem ineundo. Secunda, qui vovit laxiorem ordinem, licite ingreditur strictiorem: non tamen contra, quia minus præstaret quam promissit. At si in laxiore profiteatur, valida erit professio, & à voto ineundi strictiorem liberabitur, quia votum solemnne, quo sit personæ traditio, & ius in personam Religioni acquiritur, priori voto simplici derogat, per quod quidè nullum tale ius Religioni erat acquisitum. Tertia, is qui vovit Religionem strictiorem expertus, potest votum illud in votum proficisci, ac perseverandi in laxiore commutare, quia melius est profiteri ac perseverare in laxiori, quam strictiorem cum periculo non proficisci experti. Quarta, si professus licentiam transeundi ad ordinem laxiorem petat, eam illi Episcopus, vel Prælati ordinis exemptus eam consensu Capituli dispensatæ ex iusta causa potest impetire. Quinta, professus ad ordinem strictiorem, petita, licet non obiecta Prelati sui licentia iusta ex causa transire potest. Verò huiusmodi transitus sine causa temere fieri non debet. At si fiat, spectanda est austeritas circa

Sect. II. de Stat. Relig. Nat. & c. Dub. 123

circa silentium ac solitudinem: hocque non tantum iuxta Regulam institutum, sed etiam secundum presentem observationem. *Cap. li. de Regularib. D. Tho. & alij, quos refert, ac sequitur Laym. l. 4. tr. 5. c. 6. d. n. 3. L. si l. 2. c. 4. n. 103; Sanch. l. 6. Decal. c. 7.*

¹¹ *Quinam possint, & posterior existat, Verum qui profectus fuerit Regulam strictiorem, si ea non obliuatur in suo Monasterio, alioquin ordinis eiusdem, nec adit spes reformationis: poterit ad laxiorem transire, in quo Regula asseruetur. Quia statu presentis considerato, vitam in eo ducit strictiorem. Ex Sancio, & manuele Roder. Laym. l. 4. tr. 5. c. 6. n. 10.*



CAPVT III.

De Religiosis eiectis, & fugitiuis.

¹² *Tris causas ob quas qui possint eiectione expelli, numero.* **E**x Ordine expelli. Tres praeertim numero. Prima est, si in graui, & periculo crimine existens, notorie incorrigibilis appareat. Quo tamen in casu Moniales eiectione non sunt, sed potius perpe no carceri addenda. Secunda, si ob crimine perpetrati infamiam sine graui Ordinis damno tolerari non valeat. Tertia, si in admissione impedimentum vel essentiale, vel litem graue admodum reuerent, v. gr. lepram qua in te admodum graui decepti, & frans dedit causam admisioni. Scio, Religiosum ex communi sententia anois praeteritis propter delictum aliquod graue admodum expelli potuisse, etiam si semel id perpetraverit. Iam tamen Urbanus VIII. anno 1624. declarauit, Religiosum delinquentem per nulla privilegia posse e Religione expelli, nisi sit incorrigibilis: autem censetur non est, (Pontifex ait) nisi vnus anni ieiunio, ac penitentia in carcere sit probatus. professio locietas huic Urbani legi speciali ex privilegio non subest. *Sanch. l. 6. Decal. c. 9. n. 2. Nauarrus quem sequitur Busembaum l. 4. c. 1. dub. 6. Sa v. Religio, u. 34. Diana p. 9. tr. 9. resol. 57.*

¹³ *Professus eiectione manet Religiosus.* His praemissis professus Religione ob culpam eiectus manet Religiosus verique adstrictus. Vnde rerum, quas acquisierit, vium, & administrationem tantu sibi potest vendicare non vero dominum, nec illud acquiratur Monasterio, cuius iam membrum non est, sed Ecclesiae, in qua beneficium obtinuerit: vel Papae si beneficium non habet, & exemptus est. Quod si exemptus non sit episcopo loci. Fugitiui vero, & apostatae (is exceptis, quae ex beneficio Ecclesiastico accepta sunt) Monasterio acquirunt, si illud dominij in communem sit capax. Quia Monasterium eos seruorum instar, v. d.icare, ac reducere poterat. *Az. Syluest. Molina, Les. & alij, quos asseri, & sequitur Laym. l. 4. tr. 5. c. 14.*

¹⁴ *Nec est omnino est ab obedientia voto solutus, etsi eius* *Eschob. & Mand. Theol. Mor. Tom. VII.*

executio magna cesset ex parte. Quia caret nino ab superiore, a quo dirigatur. Debet tamen illud obediensia seruare in preparatione animi, si recipiatur. *A. Dord. Soluunt* rel quis autem Monasticis obseruantis, & Regulis, vt a vigiliis, ieiuniis, ciborum delectu, & similibus est liber, quia talium oblatione simpliciter votorum professionem non comitator, sed statum Regularem, & quo est expulsi. *Sa v. Religio n. 40. Nauarrus, & alij, quos refert, ac sequitur Laym. l. 4. tr. 5. c. 23.*

Eiectus potest tutus in saeculo manere, si in Monasterio non recipiatur, nisi Religione Tunc in laxiorem malit inire, quia aliam non vult, saeculo manequ per ipsum (vt suppono) iam stat, quoniam si in minus in sua recipiatur. Praelatus vero potest Monasterio aliquem sub conditione eiectione, vt vel aliam reuerentia ineat, vel ad suam reuertatur. Imo etiam Ordinarij locorum eiectos possunt ad hoc cogere, quia tales non sine periculo, & scandalo aliorum degunt in saeculo. *Laym. l. 4. tr. 5. cap. 23. n. 8. & 9.*

¹⁶ *Ordinum Praelati fugitiuos, & apostatas tenentur requirere, si abique graui Ordinis damno possint, & illi non omnino incorrigibilis videantur. Partem prioris proba, quia iure diuino & naturali tenentur Praelati illorum lapsos, uti prospicere qui nondum sunt ab ordine exturbati. Posterioriorem vero, quia si ob iustam causam possint eieci, ob eandem etiam, postquam malitiose exierunt poterunt non recipi. Fugitiuos & Apostatas dixi, quia per penitentiam iustam eiectos, etsi se correxerunt, abnegando recipiendos necessario esse. Sanch. l. 6. Decal. c. 14. numer. 56. Az. l. 1. 2. cap. 17. & alij.*

¹⁷ *Professus in vno Monasterio potest cogi, vt se ad aliud transferat, si plura Monasteria fa- De transien- ciant vnum corpus sub vno capite: scilicet si ex vno Monasterio in singula suis superioribus subint sub Episcopato in scopo, vel immediate sub Papa. Quia non vno aliud. nit obedientiam nisi in hoc Monasterio. Sanchez, l. 7. Decal. c. 32. Layman, l. 4. tr. 5. c. 23. numero 10.*



CAPVT IV.

De Nouitiis.

Ad professionem emittendam post Tridentinum sessio. 25. capite 15. Requiritur requiritur annus decimus sextus, ad professionem completus, & probationis integer annus: alioquin irrita erit professio. Nec in hoc 16. annorum, malitia supplet aetatem, vbi a iure certus annus in numerus, ac determinatus annorum praescribitur. *Rodriguez. 10. 399. Reg. 9. 15. articulo 1. tractus. & 3.*

¹⁹ *Nouitiatus annus est computandus de momento ad momentum, cum sit materia Quomodo teria fauorabilis. Vnde nouitiis potest ipso computando die, quo annus finitur, profiteri. In antiochus si annu bissextili duo dies debent pro vno reputari: nus proba- & sic quoad probationis annu debet etiam reputari pro vno, quia cum materia haec sit politica*

ac emus, de et politicè, & ciuiter est lo-
quendum. Huc elicio, probationis annum
non debere esse forem, & naturalem, qui
necessario trecentos ac sexaginta dies, & sex
horas fere continet; sed annus à Repub. ca
ut talis declaratur. Sanchez l. 5. decal. c. 4. n.
22. *Leg. Cum effexi. ff. de verb. signif. M. an.*
99 Reg. tom. 3. q. 1. §. a. 4. & 5. Diana p. 3. ar. de
dub. Regul. resol. 57. Portel. de dub. Regul. v.
Nouitius. n. 48. Vecchis d. 1. n. 2.

20 *Prinlegiū* S. 10. P. um V. Monialibus S. Dominici con-
cessisse, ut nouitia Medici indicio statim mon-
nitiis. D. titura, pro ina consolatione, & spiritali vili-
Dominici. tate ante comp. etum probationis annum, mo-
do iusticiem habeat aratem, possit in ma-
nu prioris proficere, & indigentiam plenari-
am luere. Quia quidem concessio omnino
est valida, saltem in concientia foro. Pius
V. in const. Summi Sacerdotij cura. *Manu. 99.*
regul. to. 3. q. 1. §. a. 6.

21 *Debet esse* *annus non* *interm.* *pau.* *Debet esse*
Ve annus nouitatus sit legitimus debet
esse non solum integer, sed & continuus, &
non sibi esse interpolatum. Quia quoties
in decreto, vel lege aliquod tempus præscri-
bitur, continuum debet esse. Ideo enim is an-
nus petitur, ut nouitius integre ac perfecte
Religionis onera experiat: perfecte autem
& rite non experiretur, ea per aliquod tem-
pus intermittendo. Et hoc verum, etiam si
nouitius a Monasterio aufugerit animo re-
deundi, & interim Regulas Monasterij serua-
uerit, ac onera sustinuerit, quia adhuc nouitia-
tus interruptus dicitur. *Manu. 10. 3. 99. reg. qu.*
15. a. 8. Sa v. Religio. num. 9. Azor. to. 1. l. 12. c.
2. q. 8. Bonac. de clas. q. 2. pun. 10. diff. 2. §. 2.
Natur. de regul. conf. 32. & 33.

22 *Debet no-* *uitatus Reli-* *gionis habi-* *tum gesta-* *re.* *Debet no-*
De essentia nouitatus est, ut in habitu
Religionis peragatur, quia in vestitu Ordinis
deferendo est quædam vite austeritas, diffi-
cultas, ac labor, quæ inter probationis ex-
perimenta annuuntur. Atamen si in ali-
qua Religione aliud Regula à Pontifice ap-
probata præscriberet, aut vilius legitime præ-
scriptus aliud obtinisset, id esset obseruan-
dum. Ut in nostra Iesu societate, in qua nul-
la est habitus assumptio necessaria. *Syluest. v.*
Religio 5. q. 5. Angel. v. Nouitij, n. 16. Azor.
tom. 1. l. 12. c. 2. q. 9. Vecchis d. 1. dub. 7.

23 *Potest no-* *uitatus* *extra Mo-* *nastrum* *peragi, de* *superioris* *licentia.* *Potest no-*
Ex legitima superioris licentia potest noui-
tatus extra Monasterium peragi. Quia noui-
tius extra Monasterium degens de sui supe-
rioris facultate tenetur in Monasterio com-
morari: alioquin non liceret nouitio de Præla-
ti sui licentia peregrinationem suscipere, aut
hospitium interire. *Natur. de Regul. conf. 42.*
Azor. l. 12. c. 2. q. 8. Dian. p. 3. de dub. regul. re-
sol. 84.

24 *Censura* *contra reci-* *pientes in* *Ordinibus* *Medican.* *Censura*
Qui ad professionem nouitiam in Ordini-
bus Medicis, ante completum probatio-
nis annum recipiunt, excommunicantur, &
sunt ipso facto suspensi ab officio admittendi
ad professionem, nec valet illa professio. *Cap.*
Non solum, de regul. in 6. In aliq. autem Or-

dinibus peccant mortaliter. Quia agunt con-
tra Tridentin. sess. 25. c. 1. in re. qui p. acc. m. as-
ptum: non tamen sunt suspensi. Quia iure professio
non est statuta. *Natur. sum. c. 27. m. 137. Manu. au. com.*
99 regul. tom. 3. q. 1. §. a. 12. & alii.

Præceptis, & statutis Religionis, ac superio-
rum nouitij non adstringuntur. Quia non-
dum in Religiorum admitti sunt iudicialium
sed in probatione versantur, ad experiendum Nouiti-
um sint admittendi. *Sanchi. 16. Decal. c. 10. non ad-*
num. o sexto & septimo. Sa verbo Religio. m. 8.

Gaudet verò Canonis, & fori prin-
legio: ut à iudice seculari ob patrato crimi-
na puniri non valeat; sed à Prælati Ordini. si
Monasterium sit exemptum, alioquin à Ep-
copo. Præterea aliis sunt priuilegia, v. g. fori priuile-
giu, immunitate, & quod Prælati
Ordinis cum illis proinde ac cum Regularibus
professis possit in votis dispensare. Itemque
litteras dimissorias impetire, ut à quocum-
que Episcopo Ordinibus in initium queant, si
priuilegium rapale habeant ad eundem li-
centiam Regularibus dandum. *Sanchi. l. 4.*
Decal. c. 39. a. n. 17. & l. 6. c. 10. Diana p. 3. de
dub. regul. resol. 173. Vecchis d. 1. dub. b. 10.

Non tenentur ad expensas monasterio sol-
uendas, si ante professionem Religionem de-
serat, quia monasteria fundata esse oportet, ut
libera nouitis egrediendi facultas relinquatur
quæ impeditur, si ad expensas tenentur
soluendas. Hoc verum nisi pactum esset sol-
uendi monasterio expensas nouitij. *Azor. to. 1.*
l. 12. c. 3. q. 6. Sa v. Religio. n. 8. Syluest. v. Reli-
gio, 5. q. 8. Manu. to. 3. 99. regul. q. 1. §. a. 1. Sanchi.
chez. l. 6. Decal. c. 10. n. 4.

Nouitio egrediendi restitutus non est ha-
bitus expensis ipsiusmet factis; sed valor
illius temporis, quo eum deponit, non quo
factus est. Quia Tridentinum sess. 25. c. 16.
præcipit nouitis restitui omnia, quæ à prin-
cipio ad Religionem detulere. Poterit tamen
habitus retineri pro alimentis illius temporis,
quo in monasterio fuit, si pactum intercessit, vel
superent seruitium factum. *Barbol. ad Cap.*
super eo, de regul. n. 5. Verum si habitus em-
ptus fuit non pecunia nouitij, sed aliorum elec-
molynis eo fine, ut Religionem intraret; de
iustitia ei dari non debet. Quia cum datus fue-
rit eo fine ut in Religione permaneret, eam
deferens iam non censetur ei datus, sed Reli-
gioni. Peyrin. to. 2. de Prælati, q. 3. c. 1. num.
107. & 108.

A Religione recedens nouitius non reinci-
dit in Centuras, ac Irregularitates, à qui-
bus in Religione priuilegiolorum virtute fuit
absolutus. Quia absolutio pure ac simpliciter
data explicanda non est, datam fuisse ad reinci-
dendum, nisi in casibus à iure expressis: vel
nisi facultas absoluenda ita expresse concessa
fuerit. *Vecchis in praxi nouit. d. 9. dub. 25. illius priuile-*
gium. 3. Suar. to. 5. d. 7. sess. 5. num. 35. Bonac. de
legib. d. 4. q. 2. pun. 7. §. 4. m. 28.